

THEOLOGICARVM QVAESTIONVM
Liber secundus de creatione angelorū.

98 Que presertim diuinarū proprietatū
sue personarū: sit idea & exēplaris for-
ma mundi?

Secūda psona: cui cōgruit filiū nomē. Hęc est em̄
per quā (vt facta refensēt eloq̄a) pat̄ creauit secu-
la. Hęc est itē q̄ diuini verbi, sapiētīe, cōceptiōis,
lucis & splendoris noiē insignit. Sicut em̄ huma-
na mēs: ad instar eiusce notiois, quā gerit arcanā
sensibilē pfert vocē: ita & pater in cōtēplatiōe fi-
lii, spūs sancto cōcurrēte mundi ornatū cōpleuit.

99 An mundus ad amūssim & equatiōē
sue exemplaris causæ: perfectus & con-
summatu sit?

Minime. Nā exēplaris & prima mundi causa: im-
mēsa est. Mūdus aut̄ finit⁹. Atquē impossibile est
vt finitū ens: ad p̄cisiōē & equalitatē entis in-
finiti assurgere queat. Et nō modo diuinæ mētis
p̄cisiōē, mūdus nō attingit: sed & accidētalis
idea, quā mēs habet architecti, in sensibili ac ma-
teriali domo, neq̄q̄ ad amūssim explicat. Haud
em̄ capax ē materia: mētalis spiritalisve p̄cisiōis.

100 In quib⁹ dissidet: prolabitur: dissonat
q̄ mund⁹: ab sua idea & exēplari causa?
In quattuor. Primo in substātia. Nā alterius sub-
stantiē est mūd⁹ ab sua exēplari causa. Deinde in
triplici quātitate: scilicet in quātitate substātiæ:
in quātitate duratiōis: & in quātitate qualitatū
Nā substātia creatoris: immēsa est. Substātia ve-
ro mūdi: finita. Duratio itē dei, eternitas est. Mū-
di vero pmanētia: aut tpe aut euo metiēda. Diui-
nē quo p̄ cūctē qualitates: vt bonitas, veritas, sa-
piētia, p̄fectio & alię huiusmodi: p̄ excellētiam &
immēsitatē in deo finiunt: q̄ mediocri mō & per-
tenui quodā vestigio: creaturis adesse cōperiunt
In his iḡ quattuor q̄ dixim⁹: plabī dissidet dis-
sonat q̄ mūd⁹, ab suo fonte, inītiō & exemplari
causa.

Theologicarū quēstionū primī libri Fi-
nis Anno. M. CCCC. XII. die. XIX.
Decembris.



Vid primū crea-
uit deus?

Angelos. Nā hęc sūt
purissimē mūdi esse-
tia: simplices, incor-
poreę, inuisibiles, ab-
stractę a materia, im-
mortales, deo p̄ om-
oib⁹ creaturis simi-
lima, ātquiores ma-
teria, elementis & omni alia sensibili creatura.

2 An in creatione angelorū: contigerit
vlla temporaria successio?

Cuncti angeli, idē acceperūt essendī inītiū: in in-
stanti eodem, a deo p̄creati. Quapropter neq̄ in
creatione singulorū eorū, neq̄ in creatiōe vniuer-
sorū: contigit vlla tēporaria successio: cū & quilibet
repente totus emerisēt: & cūcti simul exorti
sint.

3 An inter angelos: vlla sit substantialis
coordinatio patris & filii aut causę & ef-
fectus?

Nulla. Nā nullus angelorū: pater est aut causa
alteri⁹: null⁹ angel⁹ aliū p̄genit: aut alteri quo
modolibet esse dedit. Oēs q̄ppe simul a deo facti
sunt: & repēte e nihilo in esse p̄dierūt. Qui aut̄ al-
terū, alteri⁹ aut patrē aut causam esse dixerit: tē-
porariā successiōē inter eos inducit.

4 An angeli sūt simplices essentię?

Si contuleris angelos deo: tum per potentiam &
actum finiendū sunt: vtpote qui prius fuerunt in
potentia essendi: q̄ in actu essendi. Nam ex nō esse
& e nihilo in esse prodierunt. Sin autē illi ceteris
creaturis cōferent: cum sint primus act⁹ crea-
turarū: & primordiū atq̄ inītiū eui earundē: tūc
merito simplicium essentiarū nomina recipiāt. Sūt
enim puri actus: absq̄ priore potentia.

5 Cur angeli sūt substantia q̄ duratiō-
ne simpliciores?

Quia secundū duratiōē: prius fuerūt in nō esse
q̄ in esse: prius in potentia essendi: q̄ in actu essendi.
Nā qui nūc sūt: toto primo euo nequāq̄ fuerūt.

Questionum Theologicarū.

At secundū substantiā & essentiā: simul facti sunt nec habuerunt vllā suę substantię partē, alia priorē. Haud em̄ alia est essentialis pars angelicę substantię, q̄ prior facta sit: alia vero q̄ posterior creata. Sunt ergo simpliciores substantia: q̄ duratione.

6 An posse esse angelorum sit pars eorundem?

Si posse esse angelotū distinguis ab esse eorū: dico illud posse esse, nequa q̄ eorū esse partem. Nā id posse esse, deus est: qui est æterna nō modo angelorū, sed & vniuersorū potentia. Si vero posse esse angelorum, dicis coincidere cum esse eorum dico rursū id posse esse, non esse partē eorū: sed totam substantiā iporum. Nam in simplicib⁹ angelis posse, est esse: & esse, posse.

7 Quotuplicia sunt esse & posse angelorum?

Duplicia, quedā quidē secundū tēpus dicta, quedā vero secundū substantiam. Posse angelorum secundum tempus præcedit esse eorūdem secundum tempus. Nam priusq̄ fuerint āgeli: esse potuerunt: & ex posse, in esse: a deo producti sunt. Posse vero eorūdem secundū substantiā: nequa q̄ substantiale eorum esse præcellit: vt pote qui diuisis partibus, priore & posteriore carēt.

8 An diuiduæ & in tempore: cœlestes illi spiritus: cūctarum rerum scientiam adepti sint?

Nequa q̄. Nā angelica substantia, vna cū ipso esse cūctarū rerū scientiā adepta est. Vnde fit vt angelica pfectio: sit triniter repētina ac instātanea. Primo in adeptione simplicis substantię, secundo in consequutione naturalis scientię, tertio inter substantiā & sciētā. Etenī neq̄ illius substantia, diuidue creata est neq̄ sciētā sensim eidē infusa: neq̄ prior facta substantia: q̄ indita scientia.

9 An mēs āgelica humanę mētis more per notiones variasq̄ species itelligat? Itelligere per notiones variasq̄ species: propriū est humanę mētis: q̄ sicut extero alligat subiecto vt corpori: ita & ab alieno obiecto, cuncta in imagine & specie capescere cogitur. Est em̄ humana mens: velut oculus obiect⁹ velamine. Angelica

autem mens vt nudus & reuelatus oculus: q̄ nec alieno hæret subiecto: nec a diuerso pariter obiecto, singula per species disquirat. Hæc em̄ dū se metipam nouit ab initio: simul omnīū scientiā, in propria essentiā nancisci credatur.

10 Si inter angelos nulla est naturæ coordinatio: tanq̄ patris & filii: quo illi inter se ordine coaptatur?

Ordine diuinariū functionū: quo diuinis obtutibus astāt: deoq̄ pro virib⁹ & obsequiuntur: & illi in mundanarū rerū administratiōe cooperant. Sūt em̄ hi administratoriū spūs: q̄ cōgruis & inconfusis ordinib⁹ naturalib⁹ ve officiis ac functionib⁹ & sibi inuicē & humanis mūdanicq̄ rebus p̄sunt.

11 An sint angelorū: alii aliis priores?

Priores quidē sunt alii, aliis: ordine, dignitate, functione. Nō autē priores: natura, substantia, creatio ne aut tpe. Nam cuncti, simul facti sunt. Alii tamē aliis sublimiores sūt: q̄ ceteris dignitate, functione & vicinia dei præstantiores habentur. Sera phicus em̄ oim̄ suprem⁹ ordo: cominus & absq̄ medio deū speculat. Angeli vero: omnīū postrema: in deum nituntur diuinisq̄ fulgoribus lōgissimo ac tenuissimo radio exatiant.

12 Cum omnes angeli: æquales sint origine & adeptione substantiæ: quo pacto non æquales sunt dignitate: claritate & scientia?

Quia cuncti angeli simplices act⁹ sunt & primi conceptus vniuersi: ideo & hi simul creati sunt. horū autē actuū officia & actiones: diuina dispensatio, in ministeriū suū & suę creature: lōge lateq̄ dispartiri voluit. Alias quippe tanq̄ sui contēplatrices, suarūq̄ laudū buccinatrices: perpetua circa se continet māfione. Aliis vero vt inferiorib⁹ quandā praxis similitudinē indidit: vt mūdana disponant negocia. Nā & stellæ firmamenti: oēs quidē simul & eodē istāti, create & pfectę sunt. Non oēs tñ eiusdē sunt claritatis: sed alia, ab alia differēs claritate.

13 Cur dicuntur oēs angeli inter se equiuoci & substantia incōmunicantes?

Quia simul facti sūt: & neq̄ ali⁹ ab alio genit⁹ ē.

Quilibet em̄ angelus est totus & perfectus in se
metipso: omne esse, quod natus est habere: in-
tra se cōplectens & habens ab initio. Nullus q̄p̄
pe angelus: est de substantia alterius: nullus eo-
rum, habet intra se aliquid: quod sit alteri? Nul-
lus in sup̄, hoc aliquo priuatur: qđ illi sit p̄priū.

14 An āgeli sint nati aliud fieri q̄ id quod
sunt ab initio?

Imperfectum esse ab initio & aliud aliquid fieri
natum: peculiare est hominū non angelorum.
Nā hi & substantia & scientia & gradu: ab initio
perfecti sunt. Habent em̄ a natura, quicquid na-
ti sunt habere, quandoquidē sicut ars, industria
& varius labor: diuidue, humanā perficit mētē:
ita & natura, angelicam consummat.

15 An angeli creati sint extra suae perfe-
ctionis gradum & locum?

Nequaq̄. Nam si quisq̄ angelus esset extra suae
perfectiōis & beatitudinis gradum procreatus:
is aliud fieri natus esset q̄ id quod est ab initio.
Nō em̄ perfectus esset & consummatus natura,
sed arte, labore & industria, in suae perfectiōis gra-
dum ac locum subuehendus. In eo igitur loco &
gradu creatus est oīs inuisibilis sp̄s: in quo per-
fectione, beatitudine & patula dei visiōe poriat̄.

16 Cum omnes āgeli & beatissimi sp̄s:
natura nitantur in deum: an sint nati in
feriores: suae perfectionis ratione: in su-
periorū ordinē ac hierarchiā traduci?

Oīes angeli, in sua sede qua creati sunt: iugiter
permanfuri sunt: ibi perfectione, beatitudine &
visione dei potituri. Coelestes quippe illi con-
grui & incōfusi ordines: quā ab initio distinctio-
nē, hierarchiā ac ordinatissimā seriē, a deo acce-
perunt: hanc immutare non valent. Nulla etem̄
potest: in tam sacris ordinibus, induci confusio.
Non igitur inferiores sp̄ritus nati sunt in subli-
miorum ordinē traduci, subuehi, attolli.

17 Si inferiores sp̄ritus nequaq̄ nati sūt:
in superiorū ordines trāfferri: cur dicū-
tur illi ab istis traduci ac subuehi i deū?
Eminentiores sp̄ritus, dum inferiores traducūt
subuehūtq̄ in deum: haud illos, in suum ipsosq̄

ordinem attollunt. sed diuinos fulgores (quos
primi ipsi lucidius manifestius & vberius a deo
promanantes hauriunt) per seipsos traduces, in
inferiorum mentes deriuant. Atq̄ eo pacto ipsos
inferiores sp̄ritus (q̄q̄ fixos, q̄q̄ immobiles: &
a sua sede nequicq̄ emigrare valentes) diuine lu-
cis insinuatione: in deum traducere & attollere
dicuntur,

Cur nouem sunt huiusmodi coelestiu
ordines sp̄rituum?

Quia ternarius ter auctus, inuolutusq̄ seipso:
nouenarium parit. Est enim ternarius mēsurā di-
uine trinitatis ac discretionis: quae merito in pri-
mordio sui totius operis, hoc est in angelico ge-
nere: trinitē apparere & exprimi voluit. Nā dū
taxat tres eorum ordines sunt. Caterum dū &
vnusquisq̄ eorum trinus est: nouē numerantur.

19 An post instans creationis angelorū:
nullus angelus de cetero creatus sit?

Nullus. Nam sicut vnusquisq̄ angelus perfectus
est ab initio & substantia & scientia: ita & omnium
angelorum numerus vnico primo instanti: totus
emerfit, ita vt deinceps vnitas illi non sit adden-
da. Potest tamen deus quotidie nouos & quidē
innumeros creare. Quem tamen modum / eorū
multitudinē definiuit atq̄ iposuit: hunc nequa-
q̄ transgredietur.

20 Quo pacto definitus est numerus an-
gelorum?

Sola dei voluntate & prouida sapiētia. Non em̄
tot creauit deus: quasi plures creare non potu-
erit. Immensa quippe eius potestas seipsam sa-
pientia & voluntate: incerto eorum numero co-
ercuit: atq̄ a pluribus tēperauit. Nempe & stel-
las potuit deus creare: aut pauciores aut plures.
Illius tamen inscrutabilis sapientia eorū nume-
rum: nobis ignotum definiuit.

21 Cur angeli gignere: suauē substan-
tiam propagare nequeant?

Quia sunt integri & perfecti ab initio: habentes
intra seipsos: omne esse quod habere nati sunt.
Etenim sicut intra se: nihil complectuntur aut
vendicant alieni: ita & extra suae substantiae se-
pra: nihil relinquunt propriū et ad se pertinentis.

Questionum

Theologicarum

Omne siquidē p̄p̄riū intra se concipiunt & claudunt. Omne vero exteri atq; impertinēs, excludunt. Si autē gigneret angelus: haud esset id, quod esse natus est, quandoquidem generatio ne: non nihil ad se spectantis ac proprii, sibi vendicare: et ex non esse in esse transferre conaretur.

22 Cur angeli dicuntur esse puri: simplices & impermixti?

Propter tres causas. Primum quia sunt intellectus nudi: hoc est naturali carentes velamine, reuelata acie deum cominus specularantes. Secundo quia incorporei & abiuncti a materia. Tertio, quia totī, integri & perfecti ab initio: alienum nullū esse intra se complectentes; neque quicquid ad se pertinentis aut proprii excludētes. His tribus de causis: merito cuncti angeli puri, simplices & impermixti vocentur.

23 Quorum est propria generatio suęve substantię propagatio?

Singularium duntaxat & sensibilium entium; quæ in ambitu celi lune & quattuor elementorum plenitudine conuersantur. Nam neque in ipsa mole & spissitudine celorum; neque supra celos, in intellectuali mundo contingit aut fit vlla generatio seu nouę substantię origo & ad esse productio. Simplex enim creatio, absque vlla sequenti generatione; angelicas celestesque species perfecit.

24 Vbi est creatio a generatione separata?

In intellectuali & caelesti mundo. Nam angeli nec geniti sunt nec gignunt. Celi quoque nec geniti sunt: nec gignere possunt. Simpliciter enim creatione angeli, caeli celestesque species vt planetę & stellę emerferunt. Nulla quippe illis indita est potentia, gignendę posteritatis. cum totī ab initio perfecti sint & in actu subsistentes.

25 Vbi est creatio generationi coniuncta & annexa?

In singularibus siue in entibus sensibilis mundi; Nam simplex creatio: protulit duntaxat inītia & primordia sensibilium specierū in vtroque sexu, a quibus serie naturalium generationum; vna

quaque species, per sua deinceps indiuidua & singularia explicatur atque in esse procedit. In sensibili enim mundo generatio perficitur: quod creatione simplici ab initio inchoatum.

Cur sola singularia gignere possunt?

Quia nullum singulare: est ens totum, integrum, perfectum. habēs ab initio in seipso omne id: quod ad esse ipsius spectat. Si enim singulare ens: esset purus actus, nihil habens permixtę potentię & priuationis: gignere non posset. quandoquidem nihil haberet extra se: generatione vendicandū & ex non esse, in esse traducendum.

27 An in angelis nulla sit priuatio & alteritas essendi?

Nulla. Nam alioquin simplices, puri & impermixti non essent. Et rursus: per huiusmodi priuationem & alteritatem essendi: adesse illis, gignendi facultas. Nempe id esse (quo natura priuarentur essentque imperfecti) nati essent per generationem adipisci. Quia enim filius: aliquo pacto spectat ad esse patris: hanc ob causam pater, id quod ad ipsius attinet esse: comparat disquiratque generatione. At vniciusque angelo, id ipsum natura indidit ab initio: quod ad ipsius & esse & bene esse spectat.

28 An angeli mobiles sint?

Nequaquam. Nam puri actus sunt priuatione carentes. Omnis autem motus, oritur ex priuatione: quæ solis sensibilibus rebus adest. Sunt enim creati angeli: in perfecta substantia: perfecta quantitate: qualitate: et loco seu gradu: a quibus non dimouentur. Quod enim mouetur vrgente imperfectione & priuatione moritur: vt habitum quem nat⁹ est habere: impleatur ac perficiatur. Non sunt igitur mobiles angeli vt pote qui nec gignuntur nec augentur nec alterantur nec locomutantur.

29 An adsint angelis præter naturalem substantiam. quantitas: qualitas: & locus?

Quattuor rerum genera sunt: substantia quantitas qualitas & locus. Hęc autē aliter in sensibilibus

aliter in angelis sunt accipienda. Nam in sensibilibus substantia, veraciter distinguitur ab accidentibus: quod re ipsa aut inesse aut adiacere illi dicitur. Quod autem in sensibilibus est reale accidens: in angelis est accidens rationis. Haud igitur angelici habitus sensibili more ab angelicis substantiis sunt eximendi.

30 An sint angeli in tempore et loco?

Minime. Nam locus omnis sub celo est: in quatuor elementis. Tempus autem est in celo. Nam in prima ac suprema mundi latrone: cuius numerus, sensibilem rerum durationem ac permanentiam emittit. Angeli autem neque sub celo, in elementis degunt: neque in ipsa caelesti regione, sed supra caelum, indulta est illis aeterna mansio. Sunt igitur angeli: & tempore & loco eminentiores.

31 Si angeli nec mobiles sunt: nec in loco manent: quo pacto hi ad homines a deo mitti dicuntur?

Hae angelorum a deo, ad homines missio: diuinitus notum nutuum aut arcana aut manifesta est in finuatio, haud enim est sensibilis, seu diuidua angelorum, humano more: de loco in locum progressio. Nam incorporei & imateriales sunt: apta ad materialis progressionem organa, ut tibias pedesque non habentes. emittuntur autem ipsa mundi elementa variisque mundi partibus instanti: quod dissidet a motu. Omnis enim motus: temporarius est, diuiduus, successiuus.

32 An duntaxat in assumptis hominum corporibus appareant?

Possunt angeli in assumptis hominum corporibus apparere & visibiles fieri: id tamen praeter naturam eorum est. Nam rationale est sanctas huiusmodi mentes emortuorum hominum corrupta corpora nolle assumere. Satius autem est sentire: quoniam quoties ad homines mittuntur: vim habeant, ut iuxta humanae infirmitatis modum: & seipsos visibiliter componant: & arcana dei nuntius, sensibilibus enunciant.

33 An sint humana aliqua corpora referuata angelis: ut in illis ad homines mittantur?

Huiusmodi corpora esse angelis referuata: nonnulli voluerunt. Id tamen plerique repudiatur. Nam aut haec corpora, creata sunt a deo absque humanis aëribus:

pro solo angelorum ministerio. Hoc autem absurdum est: quoniam quidem vel angeli semper in illis habitarent. Et hoc est praeter eorum naturam. Si autem quaeque & quaeque in illis versarentur: haec corpora creberrime essent occulosa: utpote nec aëram nec spiritum haberent. Si autem haec corpora quae referuantur angelis: sancta sint aëribus, quae in hoc seculo prouiderint: & hoc est priore irrationabilius. Nam forte & aëribus quae in eis habitarent corporibus: & maior ipsis angelis, fieret iniuria.

34 Si angeli & absque corporibus sunt & absque corporibus mittuntur: quo pacto hominibus apparent?

Potestatem habet componendi semetipsos: iuxta humanae infirmitatis modum & breuium carnalis oculi intuitum. Si enim potest visibilis homo, magicis quibusdam artibus facere: ut a caeteris (in quorum medio steterit) nequaquam videatur: quantomagis potest inuisibilis spiritus, diuina virtute operari: ut a mortalibus videatur.

35 In quibus praecipue sensibus: angeli apparere & reuelari solent?

In his praesertim sensibus: qui omnium praecipui & praestantissimi sunt: ut in auditu & visu: quos discipline sensus appellamus. Etenim nobilissimum quaeliratum: sunt vox & lumine. Vox siquidem auditu: lux vero visu hauritur. Apparere igitur angeli ut plurimum in figura humanae vocis: quam apte effingunt: & in lumine: quo ab hominibus cernuntur.

36 An per imaginatricem facultatem nequaquam reuelentur?

Immo frequentiuscule: ut quoties pro somnium reuelant: diuinosque nutus in silentio noctis insinuatur. Nam & imaginatrix facultas, sensibus principatur: & ad disciplinam spectat. Rationabile autem est: ut angeli, qui ad homines discipline & eruditionis eorum gratia mittuntur: in sensibus discipline praesertim reuelentur.

37 Cur in tribus inferioribus sensibus: minus solent apparere?

Quia tres inferiores sensus, olfactus, gustus, tactus, culinarii sunt: nequaquam ad animi pastum, sed ad carnis corporisue alimoniam pertinentes. Quo enim modo palpabiles essent: qui incorporei, qui iuxta eloquium, carnem & ossa non habent? Attamen cum olfactus

Questionum

Theologicarum

fit carnaliū sensuū præcipuus: & odor perfectū ac spiritalē quiddā, quo etiā placari solet de⁹: legūtur nōnunq̄ angeli, in odore suauitatis & mira redolentia sanctis hoīb⁹ innotuisse. Angelica q̄q̄ 4-2
pe substātia: in odora non est.

38 Quo argumento: probentur angeli: nequaq̄ in assumptis corporib⁹ mitti? Argumēto tactus q̄ sensuū corpulētissim⁹ est: sola corpora & materialia palpare nat⁹. Nā præter tactū & gustū: in oī sensu crebri⁹ apparere solēt, vt in imaginatiōe p̄ somnū, in auditu p̄ vocē: in 4-3
visu p̄ lumē, in olfactu p̄ odorē. In gustu autē & tactu: rariū innotuisse legunt. Si autē in assumptis corporibus apparerēt, cur de his scriptū eēt palpate & videre quia spūs carnē & ossa nō habet si cut me videtis habere.

39 An humanæ etiā menti nequaq̄ insinuentur atq; appareant?

Immo q̄maxime. Nā oīs exera sensibilis & manifesta eorū apparitio: quā p̄ sensus hoīb⁹ innotescit: causa mētalis & arcane insinuatōis patrat. Mēs em̄ cūctorū est sensuū apex finisq; sup̄mus, quo p̄ferūt & in q̄ cōdunt: q̄cūq; quomodolibet p̄ sensuū valuas in hoīem irrūpūt. Si igit̄ angeli nostris sensib⁹ haud p̄pter sensus, sed mētis gratia reuelantur: hi p̄cipue ipsi menti adaperiunt.

40 An sit propriū angelorū: hominibus per sensus apparere?

Nequaq̄: sed p̄ter naturā eorū est. Nā natura inuisibiles sunt: & neq; p̄grediētes, neq; loquētes, edentes aut bibētes. Hac tñ corā hūanis oculis (instruatiōis & cōsolatiōis hoīm gratia) plerūq; effinxisse legunt. Est & āgelis p̄ter naturā: esse & conuersari cū hoīb⁹, in elemētis: cum natura lis eorū regio: sit supercælestis aura.

41 An queant angeli hūanæ menti: absq; sensuum præsidio reuelari: & eidem diuinos insinuare nutus?

Si p̄nt angeli innaturali mō hoc est vt sensibiles, hūanę mēti reuelari: manifestū est quoniā & naturalis mō: q̄maxie eidē possint apparere, diuinos q̄ illi p̄dēre & explicare nut⁹. Nā cū angeli sint corporis exptes: nullo corpore q̄ molis obice p̄pēdiuntur, quomūn⁹ secreti⁹ & int⁹: hūanę mēti cō

grediant: illāq; absq; vllō vocis aut sensuū præsidio: per ipsosmet nutus spiritualesve insinuatōes erudiant.

An angeli sint entia singularia?

Quilibet angelus, specie differt ab alio angelo. Est igit̄ qlibet āgelus p̄ seipsum: vt vna tota species perfecta ab initio: nihil aliud cōsequi nata: q̄ quod illi inditū est ab sua origine. Sūt itaq; āgeli longe sublimiores & eminentiores: singularium entium substātiis.

Quid singulare ens?

Est qd̄ quāto priuāt actu: tanta abūdat potētia, seu cui⁹ est extra ip̄m, tā tā sumere idēritatē: q̄nā tā illi inest alteritas. Vel qd̄ quātū a p̄prio esse diuidit: tantū dē aliene essentię & alteritati copulatur. Nā singulare ens, cū nō sit ab initio q̄cqd̄ ip̄m esse natum est: generatione perficit seipsum, idq; quod non erat acquirīt.

Quid species?

Substantialis species est extra cui⁹ orbē, nihil est accipe p̄p̄riū & p̄tinetis: & in cui⁹ orbē ac circulo: nihil est alieni & imp̄tinetis reperire. Nā species est simplex p̄p̄rietas, sine imp̄tinetē: & pura idēritas sine alteritate: purus quoq; act⁹, sine potētia & priuatiōe. Est em̄ species purus act⁹: existens a natura id q̄cqd̄ esse nat⁹ est. Quapropt̄ vt etiam dixim⁹: species nec genita est nec gignit.

45 Si angelici spūs q̄ species quædā sunt nec gignūt nec gignūtur quæ sunt illorum actiones?

Sicut inter angelos nullā dixim⁹ esse naturę cōordinationē ac seriē: sed dūtaxat ordinē officiorū diuinatūq; functionū: ita & ab illis tollim⁹ actiones nature: vt gnationē, p̄gressionē & vitalē operationē: q̄ in cibi & pot⁹ v̄su cōsistit. Oīs quippe angelica actio sacra q̄dā fūctio est: q̄ p̄ modo suo, omnis angelus nititur in deum.

46 Quot sunt angelicæ functiones & spirituales actiones: quib⁹ in deū nitantur?

Tres: purgatio, illuatiō, p̄fectio. His em̄ actionib⁹: & sibi inuicē & hoīb⁹ p̄sunt: diuinos fulgotes de mēte ī mēte: ī vsq; hoīm aīos traducētes. Hoc nēpe mō inferiores mētes a sup̄iorib⁹, in deū subuehūt: nō q̄ inferiores ab suis ordinib⁹ excedāt: an

helentq; ad ordinem eminentiorum metrum. sed q; transfusa per superiorum mentes, diuina lux: ad inferiorum vsq; mentes pertingit.

47 Quid est angelos ex officio suo & sacra functione attolli in deum?

Angelos ex officio suo & sacra functione attolli in deum: haud est illos velle fieri equeles deo. neq; inferiores, velle prestantioribus coequari. Id quippe impossibile est. Angeli autem nequaquam ad impossibile: & id ad quod phas eis non est: aspirant. Illos autem attolli in deum: est reuerentia & pro modulo suo singulos ut diximus: diuina fulgoris, in sua sede atque mansione fieri principes.

48 Que est diuine lucis & splendoris natura: que angelicos ordines incosufos seruat?

Diuine lucis diuinarumque splendoris natura est: ut a summo deo a quo sumit initium, ad imum vsque vltimumque spirituum oculorum: per medios oculos omnia purgas illuminas & perficiens pertingat. Magis enim natura lucis est descendere in ima: que iporum oculorum, in excelsa & summa attolli, Hoc igitur pacto omnis spiritualis oculi in suo gradu & loco: diuini fit particeps fulgoris. saluatque per naturam lucis benigne sese propagatis, spiritualium oculorum congruentia & ordinatio incosufata

49 Quid est niti & subuehi in deum?

Niti in deum: ad spirituale oculum diuine lucis & sapientie capacem referit. Subuehi autem ex natura luminis ipsius & fulgoris pedet. Nam seipso quidem niti oculis: appetitque princeps fieri luminis. Lux autem ipsum oculum subuehit in deum: hoc est ipsi deo, iuxta modum suum cosimile reddit. Est ite niti: sumendum ab inferioribus spiritibus. Subuehi autem, ab eminentioribus. Nam illi quidem seipsum nitiunt: ab istis autem subuehunt.

50 Cum inter celestes spiritus purgandi ordines desint: quomodo in his locum habet ea actio: que purgatio nuncupatur?

Hanc diuus dionysius, in libro ecclesiastice hierarchie proponit, dicens nullam esse celestem distinctionem, obnoxiam sceleris: eam quoque que malicie manus dedit: reliquarum incosufis ordinibus decidisse. At autem in celesti hierarchia, purgationem esse: cum inferiores spiritus, aut a deo aut a superioribus spiritibus edocentur: que iterum ignorabant. Porro obicietur cur angelis si quod ignorat & alii ab aliis inter edocentur: prius dictum fuit a natura & sue creationis initio omnia

edidisse. Respondendum. Alia esse & naturalium & immutabilium rerum sciam: Et alia contingentium. Illa omnium: angeli ab initio imbiberunt ab instanti sue creationis cuncta naturalia noscentes. Hac vero indies alii ab aliis discunt. dum voluntate dei que circa mundum & humanum genus futura sunt: aliis per alios indies reuelantur.

51 Quis ordo est: angelicarum trium actionum? Angelicarum actionum geminum est ordo: Alius temporis, Alius dignitatis. Ordine temporis prima est purgatio, secunda illuminatio, tertia perfectio. Ordine autem dignitatis: perfectio precellit. Media autem est illuminatio. Postrema purgatio. Nam spiritualis oculi: prius est a contrariis repurgandus, aut ad deum conuertendus: que aut diuina luce imbuitur, aut diuino statu perficiatur.

52 Quid est purgatio? Trifariam diffinitur potest purgatio. Aut enim est emundatio spiritualis oculi, a contrariis tenebris atque erroribus. Aut simplex eiusdem ad suum obiectum & naturale solē conuersio. Aut eiusdem, sub sui obiecti & naturalis solis contuitu constantia: & nunquam retro aspiciens fuga.

53 Quot sunt modi purgationis?

Tres ut precedens edocuit. Primus autem eiusmodi, nequaquam in angelis reperit: se dicitur taxat in humanis mentibus. Nam angelice mentes: nullis tenebris aut contrariis habitibus obnoxie sunt. Reliqua autem purgationis modi: angelis adfunt. ut quod obiectum & naturale sue scientie solē, hoc est ad deum conuersi sunt: & in eius speculatione immutabilem constantiam acceperunt.

54 An diuina lux possit operari in subiecto siue in oculo: contrariis tenebris & passionibus affecto?

Sicut mens addicta erroribus, non potest capax esse veritatis: ita diuina lux, in hoc spirituali oculo nihil operatur: quod contrariis tenebris violatur. Haud enim subiectum idem simul est capax contrariarum. Lux autem & tenebre, veritas & falsitas: contraria quaedam sunt. Nequit igitur diuina claritas eum imbuere oculum: quem obsederint tenebre.

55 An possit diuina lux in oculo aut a se auerso aut incostate & sui presentia refulgente: quicquam operari?

Ob hanc causam, in demonibus diuina lux nihil

Questionum

Theologicarum

operatur, quia spiritalis eorum oculus, & a natura suo sole auersus est: & diuine lucis presentia: ex imbecillitate & incōstantia sui refugit. Quo em̄ pacto auersum speculum, aut incōstans & refugiens, astātē sibi veritatē: illius imaginē suscipiet: Sunt igitur hęc tria ad veram purgationem necessaria: puritas: conuersio: cōstantia.

56 Quid est illuminatio?

Diuini luminis, in spiritali ac digne repurgato oculo susceptio. Digne autē spiritalis ocul⁹ repurgatus est: qui a cōtrariis emūdat⁹ erroribus, qui conuersus ad suę illustrationis solem, qui deniq; fixus: & sub illius presentia immutabilitatē adeptus. Hęc em̄ tria quę ad purgationem spectāt: ipsam illuminationem totiusve factatissimi fulgoris susceptionē p̄currere debent.

57 Quid perfectio?

Perfectio eorum est sacramentorū fruitio: quę p̄currens illuminatio retextit & aperuit. Sicut enim purgatio subiectū conuertit ad bonū: ita & illuminatio, bonū ipsum retegīt: aperit: insinuat. Perfectio vero quēternam eiusdē boni immortalē p̄fruitionē: eidē subiecto largitur. Est em̄ perfectio: suprema spiritalis oculi cū inuisibili sole copula & insolubilis vnio.

58 Quo pacto se habent adinuicem: purgatio illuminatio atq; perfectio?

Sicut hęc tria: principū, mediū, finis. Nam purgatio principium est, illuminatio mediū, perfectio finis. Inchoat em̄ spiritalis oculus a purgatione: procedit per illuminationē: stat in perfectione. Se habēt rursus sicut adaperitio oculi seu cōuersio ad lumē: hausio & imbibitio luminis: & fruitio veri solis. Qui em̄ adaperitur oculus, purgatur: qui haurit lumen, illustrat. Qui demū uero & cādidissimo sapię sole p̄fruit: hic p̄fect⁹ est.

59 Quomodo se habent hęc tres angelicę actiōes ad diuinę trinitatis p̄sonas?

Diuinę tres p̄sonę sunt ut principū, mediū, & finis. Est itaq; purgatio ad patrē referēda: illuatiō ad filiū, p̄fectio ad sp̄m̄ sanctū. Nā sicut diuina inna opatio inchoat a patre: p̄ficiscit p̄ filiū: stat uero terminaturq; in sp̄s̄cto: ita & subuectio nūsiue spiritalis aciei in deū: initiū sumit a purgatione:

proficit illuminatione: perfectione uero tanq; suapremostatu consummatur.

Quo pacto rursus se habēt hęc actiōnes ad utraq; testamēta uet⁹ ac nouū? Purgatio est ut uetus testamētū in lege Moyfi & i p̄phetis. Illuatiō uero: ut nouū testamētū & euāgelica traditio. Perfectio autē: ut futuratriusq; testamēti cōciliatio, pax & cōcordia. Purgauit em̄ uetus testamētū carnē: in circūcisioe & emūdatiōe p̄putiū. Nouū uero p̄ diuinū incarnationē uerbi (quę paterna lux appellatur) sacri luminē idulsi. Utriusq; autē cōciliatio testamēti perfectio eīst & optimus status mundi.

Cur nōnulli dixerūt: aliud esse tempus patris: aliud filiū: aliud uero sp̄s̄ sancti? Sicut oīs creatura est triū opus p̄sonarū: ita & ceterū tempus. Alia tñ est creatura similis patri, alia filio, alia sp̄s̄i s̄cto. Ita & tēpora distingui p̄nt: ut aliud patri, aliud filio, aliud uero sp̄s̄i sancto respōdere dicat. Nā tēpus ueteris testamēti & purgatiōis: paternā p̄prietatē emulat. Noui uero tēpus testamēti: rite incarnato uerbo ac filio adapteretur. At futura cōciliatiōis amborū testamētorū etas: rite sp̄s̄i sancto, qui patris & filii naturalis est amor conferri queat.

Cur celestis hierarchia: a diuo Dionysio: his tribus diffinitur: ordine: scientia & operatione? Est em̄ inquit ordo sacrator & scientia & operatio: quę ad dei similitudinē pro uiribus nititur.

Hęc diuī dionysii diffinitio: ad tres q̄s diximus angelicas actiōes, cōgrue spectare p̄bat. Nā ordo purgationē indicat. Sciētia, illuminationem. Operatio uero p̄fectionē sup̄mūq; statum ostendit. Ordo est cōgrua & incōfusa angelorū distinctio. Sciētia est habitus diuinę lucis. Operatio uero transitio in deum: ipsaq; diuina fruitio.

Quę differentia est horū trium: ordinis: scientię & operationis?

Hęc tria ordo, scientia, & operatio: sunt ut esse, scire, frui, siue ut substantia, scientia, fruitio. Substantia principū est, scientia mediū, fruitio finis. Substantia est uelut ortus & creatio subiecti: siue spiritalis oculi, scientia uero illuatiō eiusdē,

- Fruitio aut eius: beatitudo. Vnde fit vt creatio, sit vt purgatio quedā: per quā ex nō esse in esse, angelica substātia pcessit. Habēt⁹ vero & sciētia substantiā comitatur, Operatio autē pficit vtrā q. Nā sine actōe substātia & scia icassū possidēt.
- 64 Cur angeli sunt velut primi & purissimi conceptus vniuersi?
- Quia sicut cōcept⁹ humanę mētis sunt syncerę & purissimę sensibilis mūdi species: ita & supcælestes angeli, sunt primordiales mūdi notions, eo fere modo ad diuinā mentē se habētes: quo & nostri concept⁹ ad nostrā mentē. Interest em̄: q angeli subsistunt extra diuinā mētē: sunt q̄ vere substātia: nostrę autem notions (quippe accidentarię) nostrę menti iugiter insunt.
- 65 Quo pacto deus vniuersum in angelis p̄cognouisse dicatur?
- Tanq̄ in creato & exteriori conceptu. Nō enim angeli, diuinę menti insunt: nec sunt ab eterno. Quia tamen ante omnem reliquā creaturam facti sunt: ideo & cōceptiōes qdā & p̄notiones vniuersi appellant. Fecit em̄ deus in āgelis oīa: atēq̄ fierēt. Quapropter angeli: sūt esse oīm ante esse.
- 66 An nullę sint alię vniuersi p̄cognitiōnes: āgelis & simpliciores & antiquiores?
- Diuinę mentis rationes, quę vocant̄ oīm exemplaria & aeterna primordia: p̄cognitiōes sunt vniuersi, longe angelis ipsis & simpliciores & antiquiores. Nā hęc eterne & increate sūt. In his quippe p̄uidit p̄cognouitq; de⁹: quicqd scdm̄ tempus postea adimpleuit. Atq; his etiā p̄cognitiōibus angeli ipsi, cum cæteris entibus subiacuere.
- 67 Quot modis cōceptū est a deo vniuersum: priusq̄ fieret?
- Binis modis. Semel in diuinā mente ab eterno: p̄ diuinę mētis ratiōes & eterna exemplaria. Semel deinde extra diuinā mentē: in primo instāti secūdi quī, quo p̄fecta est angelorū creatio. Prima vniuersi p̄cognitiō: nō est pars eiusdem. Scda vero pars ipsius est. Spectāt em̄ āgeli, ad esse vniuersi: vtpote qui creaturis annumerantur. Prima insuper vniuersi p̄notiō: est p̄cognitiō ante opus. Secunda vero: in ipsius operis exordio.
- 68 An angeli fuerint aliquando in fieri?

- Hęc tria de angelis enunciant: nō fuisse, factum esse & esse. Nam nōnunq̄, nō fuerūt: facti sunt: subsistunt. Primū de illis p̄dicatur in primo quo, ante creationē ipsorū. Secundū illis cōgruit in eo instāti: quo facti sunt. Tertiū vero nūc illis adest. Idipsum vero qd̄ est fieri: de angelis nequaquā enūciatur. Nā nunq̄ fuerunt in fieri: vtpote qui repēte exorti sunt. Eorum enim est fieri: quę diuidue & particulatim sunt procreata.
- 69 Si angeli in suę perfectionis & beatitudinis loco gradu ac sede creati sunt: quo pacto nōnulli ab eo loco exciderūt?
- Cuncti angeli (vt prius dixim⁹) in suę p̄fectiōis & b̄titudinis loco, creati sunt: nō deiceps nati, in sublimiorē gradū attolli. Qui vero exciderunt a naturali p̄fectiōe & b̄titudine: haud ideo plapsi sunt, q̄ nequaquā in suę p̄fectiōis gradu ab initio cōsedissent: sed q̄ in altiorē, vt in diuinā forte sedē scādere voluerunt.
- 70 Quod malū plerorūq; angelorū a naturali beatitudine excussit: luxurię vel superbię?
- Aliqui voluerūt pctō luxurię: plerorūq; angelorū in ima ruisse. Rationabilior est autē ea opinatio: q̄ illos malo supbię, a sua b̄titudine excidisse p̄fiteat. Nā incorporei sunt: gignere nō nati. p̄terea pri⁹ exciderūt: q̄ & aīalium & hoīm create gen⁹. In quos igit̄ vetita libidie: illi exardescere potuissent.
- 71 An vniuersi angeli ab initio creatiōnis suę: beati fuerint: & in perfectionis gradu confirmati?
- Nequaquā. Nā si oēs ab instāti suę creatiōis b̄ti fuissent: & in naturalis suę perfectionis loco gradu ve cōfirmati: haud quaquā pleriq; eorū excidissent: quos demonas appellam⁹: qui ex bonis, mali euaserunt. Omnes equidē in naturali suę beatitudinis loco & altitudine creati sunt, sed aliqui eorū p̄manferunt: aliqui vero ab eo loco, in quo beati fuissent, si tñ p̄māfissent: infeliciter exciderūt.
- 72 An boni saltē āgeli: qui nō exciderūt fuerint ab instāti suę creatiōis vere beati?
- Boni angeli qui nō exciderunt: in eo gradu & ordine, quo creati sunt, nunc quoq; permanent: &

In eternū sunt pmanſuri, ſuperiorē aliquē ordinē ne p̄ adepti neq; adepturi. Quia tamen mox ab initio creationis ſuę volūtariē & libere, cū demonibus excidere potuerunt & nō exciderūt. ideo dicim⁹ illos haud ſtatim ab inſtanti ſuę creationis, fuiſſe vere beatos: vt pote nundum in beatitudine confirmatos.

73 Quatenus boni angeli qui nō peccauerunt: nunc beatiores ſunt: q̄ fuerint ab ſuę creationis initio?

Boni angeli qui non exciderunt: nunc beatiores ſunt, q̄ fuerint ab inſtanti ſuę creatiōis. non aliori quidē gradu & ſublimiore ordine: ſed ſola cōfirmatione: per quā qui ab initio a naturali ſua ſede & principatu excidere potuerunt: iam excidere non poſſunt. Eorū igitur preſentia beatitudo: haud eſt augmētū naturaliū bonorū: ſed eorū æterna & confirmata boni fructio.

74 Quot ſunt ad veram beatitudinē neceſſaria?

Duo præcipua: ſcilicet adherere bono & nunq̄ poſſe diuelli, excidere & ſeparari a bono. Eſt em̄ vera beatitudo haud tantū preſenti tēpore: ſed etiam futuro limitāda: nec dūtaxat temporaria ſeu perfunctoria bonorū preſentia: ſed immortalis ac iugis eorundē perfructio merienda. Nā vulgatiffimus ſermo teſtatur, Summā eſſe miſeriā: fuiſſe felicem.

75 An omnes angeli ab initio creatiōis ſuę vt natura liberi: excidere potuerūt?

Omnes angeli ab initio creationis ſuę, vt liberi & libero arbitrio donati: a naturali bono & p̄ſentiōe alienari & excidere potuerunt. Aequa em̄ omnibus affuit: aut excidēdi aut p̄manēdi libertas. Omnib⁹ quippe āgelis: q̄ aut exciderint aut permanſerint: vel virtus vel c̄rimen impingitur: vel meritum vel vituperium. Haud em̄ a deo hi excidere: illi vero permanere coacti ſunt.

76 Quibus maxime inſtigantibus: boni angeli p̄manſerunt & mali exciderunt? Amore dei & amore ſui. Nam amor dei bonos angelos in beatitudine fixit: eoſq; a naturali perfectione excidere vetuit. Aſt amor ſui malis angelis peperit ruīnā. Sicut em̄ amor dei humilita-

tem & obedientiam parit: ita & amor ſui, contemptum dei & ſuperbiam gignit.

77 Quo pacto abinuicem diſtant amor dei & amor ſui?

Ad hunc modū diſtāt: q̄ amor dei humilitas eſt amātis & extollentia amati: & pax vnitas ſeu cōcordia amboꝝ. Amor autē ſui: extollētia eſt & eleuatio amātis, ſupra id quod merito amari debet, quāquidē extollentiā mox comitatur amantis, ab eo qd̄ p̄pter ſe amari dignū eſt: diuiſio, lis, ac ſeparatio. Sicut em̄ amor dei, pacē ſeruat & vnitatē: ita & amor ſui, litem gignit ac dyadē: ab amato ſeparans amantem.

78 Quid eſt amore digniſſimū: quod ſupra oīa & pluſq̄ oīa amari debet?

Solus de⁹. Nam hic eſt author oīm: qui & oīb⁹ naturale eſſe dedit: & iſdem bene beatūq; cupit impartiri. Sicut em̄ de⁹ eſt ſupra omnia locatus: ita & ab omnibus pluſq̄ omnia amari debet. Si deus plus amat ſuam creaturam, q̄ ipſa amet ſeipſam: merito debet creatura impenſiore amore deum proſequi: q̄ ſemetipſam.

79 An amor ſui ſit peccatum?

Amor ſui: haud eſt peccatum ſimpliciter: ſed ſecundum quid. Nam qui plus amat ſeipſum, q̄ deum: huic impingitur peccatum: tanq̄ qui in digne creaturam, præfert creatori: & finitā ſubſtantiam, infinītē. Qui autē mediocri amore, ſub diuinæ dilectionis vmbra, ſeipm̄ complexus fuerit tanq̄ imaginem dei, ad obſequium dei natā: huius amor nequaq̄ vituperandus, ſed laude dignus habetur.

80 Quomodo verus amor ſui: eſt eliciendus?

Ex præuio amore dei. Nam qui diligit deum: diligit & ſeipſum. Et qui odit deum (iuxta eloquium) odit & ipſe animā ſuā. Amor dei: nūq̄ ſeparatur ab amore ſui. Amor tamen ſui: creberrime diuino amori aduerſatur. Vnde fit vt qui amat ſeipſum, pluſq̄ deū: hic oderit ſeipm̄: & qui odit ſeipm̄ p̄pter deū, hic amet ſemetipm̄.

81 Vnde omnis p̄det amor & vnde oē emergit odium?

Ex amore dei, elicitur oīs amor: tā ſui, q̄ proximi:

& eorum oim q̄ creauit deus. Ex amore autē sui inordinato, omne quoq; odiū deriuat: scilicet & odium dei & sui ipsi & proximi & oim creatura rū. Nā amare seipsum plusq; deū: est odisse deum & cuncta q̄ dei sunt.

82 Quo pacto amor dei & amor sui in bonis angelis conuertantur?

Nā boni angeli, quia amant deū vt suū authorē amant & seipos. Et quia amāt quidē seipos, non simpliciter & respectu sui: sed vt creaturas dei, factas in ministerium & cooperationē eiusdē: hinc amantes seipos, amant & deum. Ex amore igitē dei, in amorē sui: & ex amore sui, in amorē dei conuertunt. Amāt quippe in seipis diuinā imaginē, nihil in se, nisi diuinū: specularē, cernētes, agnoscētes.

83 Quādiu inordinat⁹ amor sui: permanet amor sui: & quā in odiū sui conuertitur?

Tandiu inordinatus amor sui: permanet amor sui: quādiu fallax arridet fauetq; fortuna. Vbi vero fallax fortuna arridere desierit: vbi eum perdidit demeritq; , qui stolido amore seipsum complexus est: tunc amor sui in odiū conuertitur. Nunc enī & p̄iti demones & dānatē aīe (quē se ipsas stulto amore: in hac vita p̄secutē sunt) sese oderūt: & amorē sui, in sui odiū: dum eternis torquetur incendiis conuerterunt.

84 An demonib⁹ sit innata malitia & cōcreatum malī germen?

Minime. Nā bonis angelis, pares & similes creati sunt. Quia si innata fuisset illis malitia & cōcreatū malī germen: eorū casus & plapsio, nō ip̄is: sed soli deo vt authori & creatori maliciē ip̄orū, merito impingeret. Absit autē vt deus, sit author alii cuius malicia: vt vt aliquod malū creauerit: aut create alicui substantiē, malī germē ip̄e indiderit.

85 An ex aliq̄ infirmitate discesserint de mōes a bono relinq̄ntes suū p̄cipatū? Nō ex infirmitate aut malitia illis cōcreata: vt p̄cedens edocuit. Nā excusabilis esset eorū lapsus & indign⁹ vitupio ac p̄peti gehēna. Caterū q̄dā infirmitate & instabilitate volūtatē exciderunt: relinq̄ntes suū p̄cipatū: vt q̄ deo: & coeql̄es & cōsimiles haberi voluerūt. Quia em̄ ip̄rouide conati sunt in altiora & sublimiora se attollī hānc

inferiora & ima mundi ergastula ruerūt. Hāc autē tem infirmitas volūtatē, cui obfistere potuerūt inexcusabilis habetur.

86 An aliquādo demones fuerint beati?

Nunq̄ fuerūt demones, vere & simpliciter beati. Nā duo (vt dixim⁹) ad verā b̄titudinē exigūt. scilicet p̄sentia natural' boni: & nūq̄ posse ab eo dimoueri: demones autē creati q̄dē sunt ī gradu suē b̄titudinis: & in summi boni p̄sentia: a q̄ tñ infirmati sunt & a summo bono exciderūt. Nunq̄ igitē fuerunt vere beati. Nam vera beatitudo summi boni & p̄sentiam & permanētiā claudit.

87 An boni angeli qui in bono p̄māserūt neq̄at deinceps a sua excidere b̄titudie?

Boni angeli, post demonū infelicē ruīnā: ī summi boni (cui adheferūt) p̄ntia, p̄fuitiōe & vera b̄titudine cōfirmati sunt. Vt deinceps diuelli neq̄ant ab illo: quē vt suū authorē atq; opificē reuertī, plusq; seipos amauerūt. Sicut em̄ ortus sol', occasus est stellarum: ita & diuinus amor, in bonis angelis: sui amorē exinanīuit illosq; perpetua pace deo conciliauit.

88 An bonorū āgelorum in summi boni pace & vera felicitate cōfirmatio: sit libertatis eorum amissio?

De⁹ nec bonos angelos stare ī bono statu nec malos cōpulis excidere a bono. Nā volūtarie & boni in bono p̄māserūt: & mali, a bono exciderūt. Nūc vero q̄ boni, excidere: & mali, in p̄scā felicitatē reuertī nequeāt: id haud quāq; est amissio libertatis liberī arbitrii. sed bonorū a mal', cui eterna discretio. Etenī nec virt⁹ nec vitii: vsq; a deo creaturē naturā imutāt: vt de libera, faciāt nō liberā: vt ve naturale liberī arbitrii donū, a dimere sufficiāt

89 An hi angeli qui exciderūt: possint in priorem felicitatem reduci?

Possūt secūdū potētiā dei: q̄ potēs ē reducere illos, ī eū p̄cipatū: quē īsp̄ieter reliq̄rūt. Nō p̄nt autē scdm volūtarē dei: & secūdū volūtarē p̄ptiā. Nā iusta dei volūtas illis (q̄ppe indignis) p̄ntiam denegauit. Et rurū ip̄i illi q̄ volūtarē p̄ptiā exciderūt: malorū actū p̄seueratiā, oēs sibi diuīe mīe adit⁹ fores: p̄cludūt. Ergo nec p̄nt: q̄ nō vult deus: nec possunt, quia etiam nolunt.

Questionum

90 Quāobrem his angelis qui semel exciderunt: negata est in priscā felicitatem regressio?

Quia iuxta scripturā, fuerūt in scientia peccantes. Nam peccatū ex ignorātia: excusabili⁹ est eo peccato, quod in scientia admittit. Ignorātia hominibus innata est. Cunctis vero angelis, naturalis omnium scientia: extitit innata & concreata. Qui igitur creati in lumine veritatis, ignorauerūt deū suum: hos haud ab re in perpetuas tenebras deus relegauit. Patrarunt enī in luce opus tenebrarum.

91 An qui exciderūt: post casum suum libertatem amiserunt?

Sicut qui permāserunt in bono: post cōfirmationē suā, naturali libertatis dono non sunt spoliati: ita & qui a bono prolapsi sunt: post infelicē suā ruīnā nequaquam priuati sunt libero arbitrio: nepe vt diximus nec virtus nec vitium: aut bonorum aut malorum angelorum naturā substantiamque immutare poterūt: aut addentes aut adimētes illis naturā aliquā facultarē. Aeterno tñ chao ac profundo, bonos a malis deduxerūt: hos in malo sistētes, illos vero in bono confirmantes.

92 An bonos angelos sua in beatitudine confirmatio immutauerit: malos quoque sua mutauerit ruina?

Et bonos & malos angelos: hos quidem sua lapsio, illos vero sua in bono cōfirmatio immutauit dūtaxat secundū accidens nō secundū substantiā. Nam nullū naturae munus, post cōfirmationem est bonis angelis adiectū. Nulla quoque naturalis facultas: post lapsum suū, in malis angelis interiit. Porro illos cōfirmatio: stabiles, incōuertibiles & vere beatos reddidit. Istos vero lapsio: instabiles & infelices effecit.

93 An ab instanti suae creationis mali angelus prolapsus fuit?

Cū instās omne impers & insectile sic: quo pacto fieri pōt vt eodē instāti demones & creati sint: & a vera beatitudine exciderūt. Nā si eodē instanti excidissent: fuisset vtique illis innata malicia & cōcreatū mali germen: quod prius repudiāuimus. Alius autē est actus lapsionis demonū: alii⁹ crea-

Theologicarum

tionis eorundē. Et alii⁹ actus medius, scilicet superbia eorū & eleuatio in deū: quae illorū pepit ruinam. Quō igitur hi tres actus: eodem instāti cōrigisse poterunt?

94 An mali angelus diuinae visionis fuerint confortes?

Cū oēs angeli in suae perfectiōis & beatitudinis creati sint loco: cunctis quoque ipsis, diuina lux visio & aspectus innotuit. Huic enī astruxim⁹ demonū peccatū, esse indignū venia: quae hi quod deū quae praesentē viderunt: & apertis spiritalibus oculis, cognouerūt: amare noluerunt: quae ve tenebras, magis quam praesentē dei lucē & iocūdiſſimā claritatē dilexerūt.

95 An totus vnus caelestium spirituum ordo a vero bono exciderit?

Minime. Sicut enī noue caelestium spirituum ordines ad diuinę trinitatis imaginē creati sunt: ita & noue in caelis permāserūt. Nā si totus vnus ordo excidisset: sublata fuisset diuinę trinitatis imago: in sublimiū hmoi spirituum: congrua, integra, tertina & incōfusa distinctiōe signata. Is insuper eorū numerus qui permāsisset: fuisset imperfectus, insufficiens diminutus.

96 An tantum ex vno ordine prolapsi sint & exciderint nonnulli?

Cōpertū ē quibusdā exemplis: ex adiuratione & cōfessione demonū, nō tñ ex vno ordine sed e pluribus, aliquos a bono excidisse. Et cōtingit forsan ex omnibus ordinibus, nonnullos ruisse: id tñ (quippe ratione inscrutabile) nequaquam temere asseueramus. Nā id sola reuelatione: vel cōfessione eorū qui prolapsi sunt discendum.

97 An simul omnes demones exciderint an interpositis diebus?

Simul oēs angeli creati sunt. Simul oēs boni confirmati sunt in beatitudine. Simul alii: malitię manus dederunt & a suo ordine aberrauerūt. Simul denique in ima exciderunt. Nā tota eorū cohors qui peccauerunt: vna in imū extrusa deperit, perpetuē in futurū gehennę adiudicata.

98 An qui peccauerint angeli: per se: singuli aberrarint: aut potius sub vno alio quo prius duce vniuersorū ruinae causa? Cū nullus angelus sit pater aliorū: cū cateat iter

se nature coordinatione: sintq; adinuicē incōmunicantes & equiuoci: contingit peccatū vni⁹ nequaq; (humano more) ortū esse aut pepēdisse ex peccato alterius: sed quemlibet per se, sui peccati extitisse causam. Cōmunis tñ theologorum opinio: vult esse aliquē primū totius apostasię ducē, cuius infelicē in deū rebellionē, perdita aliorum cohors sequuta: sit pariter cum eo præcipitata.

99 Quod est primū vniuersi malum ex quo omne aliud malū pepēdit?

Primū vniuersi malū: est id quod in mente primū apostasię ducis sponte efferbuit. Id enī illico serpsit in mētes eorum angelorum: quī ex bonis angelis demones euaserunt. Hoc primum mali germen: initium est totius secessionis a deo: q̄ ex angelico genere: in humanum vsq; genus processit. Etenī natura: nulli⁹ est mali causa: vt pote quod ex solius voluntatis libertate pepēdit.

100 An sit aliqua substantia nature serie & creationis ordine mala?

Sicut deus bonus est: ita oīs deī creatura & substantia, naturali creatiōis ordine ab illo profecta: haud potest nō esse bona. Nullum quippe malū (vt in præcedente diximus) ortum est a deo, aut a natura: sed a sola voluntate: q̄ sese vltro sponte ac libere a deo sequestrauit. Nam & demonum substantia & materia (q̄ forsā mala quædā esse videant) natura bonę sunt: demonum tñ substantia: voluntarie a deo & summo bono, effecta est aliena. Materia vero ideo mala putat: quia a summo bono, semotissima est: & extremū summi entis vestigiū.

Theologicarum questionū secundū
di libri Finis Anno domini
m^o 1512: 21 decembris.

THEOLOGICARVM QVESTIONUM Liber tertius.

De creatione materie & vniuersi.



Vid post āgelos creauit deus?

Materia: q̄ est prima cōsistētia oīm sensibiliū: & eorū entiu q̄ singlaria & pmutabilia sunt: substantię initiū. Hanc vniuersorū vmbra, hāc vniuersalē potētiā &

Hylēn pleriq; vocauerē: q̄ ē naturale substerniculum ac fulcimentum eorum substantialium actuum: quos lunaris cœli ambitus cōprehendit.

2 An materia sit primis & antiquissimis angelis coęua?

Nō ex pte principii. Nā p præcedētē: ipa post angelos creata. Si autē ex pte principii, esset angelis coęua, hoc ē eque antiq; cū angelis creata fuisset. At inter angelorū creationē & ortum materie: non nihil temporis interhauit.

3 Quot modis contingit angelos abiuētos esse a materia?

Duobus. s. tpe & gradu. Tpe quidē: ga añ materiam facti & creati sunt: fucurq; aliqñ i esse: qñ nō dū erat materies. Gradu vero & subsistēdi modo quia puri actus sunt & simplices atq; impmixti spūs, nequa q̄ materiali indigentes fulcimēto: ferūt em seipos: nec in materie gremio recipiunt.

4 Quo pacto sint nūc angeli coniuncti materie?

Solo tpe: nam nunc sunt angeli: quādo est & materia: estq; p̄sentis eū duratio & angelis & materie communis. Sunt enī nunc angeli & materia coniuncti: quia in eodem euo durant. Gradu vero & substantia: semp abiuēti & abinuicē dissociati manent. Ex angelo quippe & materie: nullius substantię itēgritas, coalescere ac resultare p̄t.

5 An materia sit ppter angelos creata? Nequa q̄. Nam puri illi actus: nihil habent cum materia cōe: nec cœlestia illa palatia nec spiritalis a materieq; penitus aliena, natura: materialem